

Bernardo is ihuc eunti prolixas satis litteras dederam non ad te praclare virtantum. sed ad L. R. hetin
 Quid Joham. Esichium veteres amicos. certare mecum Epistolis solitos, a vobis interea ne vnas quidem
 litteras accepi, qua me docerent, quo loco res laudem is ihic res tra essent, quarum desiderio me magno
 teneri jam pridem erat vobis omnibus perspectum, qui olim in re incipienda ultro vestra mecum con-
 silia communicas tis. Nec vero adduci possum ut credam, aliquid me meis chartis eleuisse, quod vestros
 animos usque adeo a me alienaret, ut me nullo in posterum epistolio dignum arbitremini. An non deceat nos
 id saltem atatis, de ea qua est in nobis fiducia liberè loqui? Sicut oratus ait Theologus. Loqui nos par est
 sicut credimus & credere sicut baptisati sumus. Sed mihi lubet melius ominari, & in aliam causam silenty
 vestri inclinare. Quotidie enim id mihi in alijs meis familiaribus usu venit, ut ab eis deserar a quibz colli-
 solebam: et merito quidem, morosa enim pleriq. senes sumus, & ad fossam properantes, quos rari comites e
 vestigio sequi volunt. Ceterum tuus excellens animus ista (si te satis novi) usq. deq. habet. neq. propter
 odiosam senectutem, aut alia presentis vita mala fovere cum desines, quem semel es arcte complexus.
 Quid igitur causa tandem esse cooitem, cur neq. ipse Du. Henr. Vossius qui me semper amavit effu-
 sissimè neq. quisquam vestrum meis tam officiosis (ut opinor) litteris dignatus sit respondere? nisi forte
 aut acerba hyemis sanitia, aut hac plena periculi tempora vobis Bremam nos tram aditu difficilem pra-
 buerunt. Scribunt Emdani familiares novo Duci Gallico Hospitium is ihic apparari cum summa pa-
 tria letitia Mirum ni iste dies Reois fratri ins tar immortalibus erit; Tum autem amici vestri in publico
 oaudio sese effundent, & nostris Mercatoribus dabitur Licentia ultro citroq. commercandi. Hac ero nun e
 spe fulcior, & a vobis crebras expecto. Quorsum autem evadat ista belgarum cum Celtis confederatio,
 nolim Litteris proclere qua meus nimis fortasse timidus animus praeasait. Quamquam sum philopatri,
 ut qui maximè, oratias tamen aoo Deo patri nostro, & filio ejus Jesu Christo, quod me iam pridem
 collectis sacimulis emigrare pestilentem inter hos Saxonia scopulos in Loco tuto collocari. Tantum quod
 possum patriam senilibus votis adjuvo, quod quidem scio vos siculum praesidium arbitrari. Tu vero vir
 optime, idemq. doctissime, quomodo tibi is ihic places? potes inter istos non solum copiosissima, sed etiam
 luxuriosissima Civitatis strepitus, inter tot rerum civilium incertos eventus, tot motus, tamq. varias
 agitationes, tranquilla quaedam & diuturna celebrioris seola facere fundamenta? Det vobis Jehova in
 turbulentissimis fluctibus Halcedonia, certo scio vos rem arduam & omnium opinione majorem moliri
 qua ut vobis bene vertat duabus in primis opus est machinis (quas ipse mihi semper praesidio habui) fide,
 nimirum qua omnia transcendat obstacula, & invicta quadam patientia qua velut scutum impenetrabile,
 adversus impiorum spirituum impetus, & malevolorum hominum odia, risus, sarnas aequissimo animo fortiter
 abijciatur. At san. delirus ego sum senex qui ista tam insulsa ingeram prudentiori. Audio te ornatum
 esse judicys is ihic amplissimi Senatus virum insolentem infamiae & circumfluentem gloria. quem is ihic
 omnes boni favore & benevolentia prosequantur. utinam aternus faciat Deus, ut haec non solum vera
 sint, sed etiam perpetua. Ego in meo pulvere & padore pleriq. probus pressus. non invideo felicioribus.
 Interca operam do ut meus profectus manifestus fiat. Deus facientes adjuvat. Missuri sumus primo
 vere adolescentes octo non meleoantes nec illiteratos, qui ostendent malevolis, quorum maledictione
 jam pridem devoti sumus. neq. aridam tamen neq. infruiferam ficam nostram esse. Hi partim Helms tatum
 mittuntur a suis, alij Witeberga desertantur. Mallon eos ablegari in Hollandiam: sed bellici motus ab:
 deterrant timidiore. Nam Neostati sumptus non sunt tolerabiles nostris civibus. fatigatus sum & implevi
 chartam. Vale cum dulciss. conjuge & liberis. Brema. 4. Cal. marty. D. XX CII. Brema amicus tuus
 Saluetem dic bonis & in primis Vossy familia

Johannes Molanus.